CARMINA PYTHAGORÆ AUREA VOCATA.

PRimùm Deos immortales, ut lege ſancitum eſt,
Cole, & venerare jusjurandum, deinde heroas inclytos.
Venerare etiam terreſtres deos, ordinatâ lege ſacrificans
Et honora parentes, & propinquitate tibi junctos.
Ex aliis verò amicum facito, quicunque virtute eſt optimus.
Amicis verò da locum verbis, & factis utilibus.
Neque oderis amicum tuum delicti causâ exigui,
Dum potes: potentia enim prope neceſſitatem habitat
Hæc quidem ſic noris, dominus verò eſſe asſueſce iſtori
Ventris quidem primùm, & ſomni, & luxuriei.
Et iræ. Facies vero turpe (quid) neque cum alio,
Neq; privatim. Omnium verò maximè metue te ipſum
Deinde juſtitiam exerce, & opere & verbo.
Neque asſueſce inſipienter teipſum gerere circa aliquid
Verùm cogita, quòd mori fato conſtitutum ſit omnib
Opes verò quandoque teneri ſolent, quandoque (etiam) amitti.
Quæ verò homines divinâ ſorte mala ſortiuntur,
Horum ſi partem habueris, patienter ferto, neque indigneris.
Sanare verò (ea) decet, quantum potes. Sic verò cogitato;
Non valde multum Sors de iſtis dat bonis.
Multi verò ſermones & improbi & boni hominibus
Accidunt, quibus neque perturbare, neque etiam ſines
Affligi te ipſum (iisdem) Mendacium v. ſi quod dicatur,
Placidè ferto. Quod verò (nunc) dicam, prorſus tibi perficiatur,